

DE COMMVNICATIONE
NATURARVM.

51. De Naturarum Communicatione sic docent Ecclesie Confessione Augustanae addictae, quod quamvis in Vnione nulla naturarum vel μίξις vel σύγχυσις sive transformatio locum habeat; quarum illa mediam quandam naturam, nec Patri, nec matri ὁμοόσιον produceret: haec verò alterutram naturam prorsus aboleret: Vnio tamen illa sit vera & realis, non duarum naturarum in unam coalitione: Sed vera ac realieάρundum εἰς μίαν σύνθετον ὑπόστασιν, ut Damascenus loquitur coadunitione.

52. Patet inde neque naturam humanam ut Accidens Deitati τῷ λόγῳ obvenisse: neque λόγον παρασάσει duntaxat, & societate quadam inhabitationis, naturae assumptae junctam esse, sed sic unitas esse naturas, ut sine arctissimâ quadam κοινωνίᾳ vnio ista minimè sit facta.

53. Quae enim naturae inter se non communicarent, cum humana, quippè ἀνυπόστατος, suum τοῦ εἶναι non nisi in ὑποστάσει τῷ λόγῳ obtineat: λόγος autem, sive ut Apostolus loquitur, tota plenitudo Divinitatis τῷ λόγῳ in assumpta humanitate habitet σωματικῶς.

Qua